



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### Venerabilis Patris D. Hludowici Blosii Abbatis Lætiensis Ordinis S. P. N. Benedicti Tomus Posterior Margaritum Spirituale

Blois, Louis de

Monasterii Campidonensis, 1672

§. VI. Excellentia resignationis & conformitatis voluntatis nostræ cum  
divina.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-45885](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-45885)

FARRA-  
GOUTI-  
LISSIN-  
XII.

tem ad hoc pervenerit, ut seipsum  
ex toto resignans & offerens Deo,  
omnia propter ipsum intus ac fo-  
ris pati aut subire paratus sit; tunc  
reverà cum ipso bene agitur, &  
non antè.

## §. VI.

*Excellentia resignationis & confor-  
mitatis voluntatis nostra cum  
divina.*

1. Perfectio vita in hoc consistit, ut velimus  
id omne & solum quod vult Deus.
2. Unde minima opera resignati magis placent  
Deo, quàm maxima à voluntate propria profecta.
3. Summa lex Evangelica, seipsum desere-  
re, & Christum sequi.
4. Pati pro Deo dulcissimum est.
5. Iustitiam Dei non aliter ac ejus misericor-  
diam diligere, perfectiorum est virtus. De qua re  
videnda est meditatio S. Bernardi Serm. 52. inter  
parvos Sermones.

1. **B**ONA voluntas virtutum om-  
nium fundum sive fundamen-  
tum est. Unius autem esse cum  
Deo voluntatis, id virtutes om-  
nes excellit, & in hoc perfectio  
est. Quisquis enim ita bona præ-  
ditus est voluntate, ut sese abne-  
get, ac propriæ renuntiet volun-  
tati, seque liberrimè resignet ac  
dedat voluntati Dei; ejus bona  
voluntas est perfecta, idemque  
absque formidine & anxia sui cu-  
ra vitam transigit, caducaque ac  
labentia cuncta proculcavit, & de  
vita æterna obtinenda quamdam  
se sentit habere certitudinem. E-  
jusdem in omnibus cum Deo vo-  
luntatis est, & pacem habet cum  
Deo & in Deo imperturbabilem.  
Hic ex Deo natus & verus Christi  
discipulus est: quia mitis est & hu-

milis corde. Moderatè, suaviter  
ac tranquillè ferre novit & verba  
aspera, & truces gestus, sæva  
opera, & quidquid demum in-  
juriam, sive in ipsum sive in ami-  
cos ejus conferri possit. Sedatè in-  
quam & æquanimiter tolerat om-  
nia quæ ipsi undecumque, sive à  
Deo, sive à creaturis quibuscum-  
que accidere queant. Eum pertur-  
bare nihil potest, neque jactura  
terrenarum rerum, vel amicorum  
& cognatorum, neque corporis  
adversa valetudo, neque ignomi-  
nia, neque mors, neque vita, neque  
Purgatorium, neque dæmon, ne-  
que infernus. Quia enim ex ve-  
ro ex amore divinæ se permisit  
atque resignavit voluntati, &  
nullius mortiferi peccati consci-  
entia mordetur, facile illi tolera-  
tu est, quidquid de eo fieri man-  
dat Deus in a tempore atque æ-  
ternitate. Itaque cum aliquid pa-  
titur, & in omni rerum eventu,  
ita cogitat ac dicit: *Domine, sicut  
ipse ab æternitate, antequam ego es-  
sem, voluisti, ita fiat, & non ut ego  
volo. Non meum commodum, non  
meam oblectationem querere debeo,  
sed tuum honorem & tuam laudem.  
Gratior mihi est tua sancta volun-  
tas, quam optandi libertas. En igitur  
me ipsum dedo, resigno, & per-  
mitto tibi Deus meus, non in tempo-  
re modo, sed etiam in ævum sempi-  
ternum.*

<sup>a</sup> Resignatio & conformitas voluntatis  
nostræ cum divina non tantum est habenda  
pro rebus temporaneis in hac vita, sed etiã  
pro æternis in altera, salva semper Dei gra-  
tia in statu charitatis.

Aa

2. Plu-

FARRA-  
SO UTI-  
LISS. IN-  
STIT.

2.  
Opus mi-  
nimum  
resignati  
animi  
præstat  
maxime  
ex pro-  
pria vo-  
luntate  
perfecto.

3.  
Evan-  
gelica legu-  
compen-  
dium, ab-  
negare  
seipsum,  
& Chri-  
stum se-  
qui.

Plurimi sunt qui hunc aut il-  
lum vivendi modum, hæc aut illa  
bona appetant : sed plerumque  
totum quod agunt , ex propria  
voluntate procedit. Qui autem  
integra resignatione omnem vo-  
luntatem suam in Deum trans-  
fudit, atque in ipso firmavit , is  
omnia quæ illi Deus in tempore  
vel æternitate evenire voluerit, li-  
bens suscipit, suamque volunta-  
tem divino beneplacito in om-  
nibus corformat, <sup>a</sup> Itaque nihil  
equidem dicere dubitem, vel uni-  
cam Salvationem Angelicam,  
cum sui ipsius abnegatione , ad  
perpetuam gloriam Dei prolatâ,  
meliorem vilioremq; esse etiam  
multis Psalteriis ex propria vo-  
luntate seu cum proprietate per-  
lectis.

Dominus noster Jesus Christus  
id doctrina & consiliis suis in no-  
bis efficere voluit, ut neque pro-  
spera, neque adversa, nos inordi-  
natè afficiant aut permoveant,  
sed ab his absoluti & expediti vi-  
tam internam ; puram atque fe-  
datam agamus. Sicut enim cun-  
ctâ Dei mandata eò spectant , ut  
vitiis omnibus vale faciamus, ea-  
que superemus, & ex vera obedi-  
entia ob honorem Dei nostotos  
ad exequendas colendasque vir-  
tutes liberè offeramus ; ita omniũ  
consiliorum Dei summa hæc est,  
ut nos ipsos deseramus ac vinca-  
mus, totosque Deo dedamus, &  
Christum sequamur, internæ san-  
ctæque tranquillitati & quieti o-  
peram dando.

Non potest fieri, ut aliquis pro  
Dei gloria quidquam sultineat,  
quin in eo ipso quod patitur, sa-  
porem quemdam Divinitatis per-  
cipiat. Et licet nihil fortassis illi  
sentire, id est, sensibilibiter gustare  
contingat ( Deo se ad tempus oc-  
cultante ; ) hoc ipso tamen non  
potest non bene illi quod patitur  
sapere, quod se illud ad æternam  
Dei gloriam ferre velle cognos-  
cit. Sed obsecro, cur hæc dicun-  
tur, nisi ut hi qui in afflictione  
sive mentis obnubilatione positi  
sunt, illis uti contentur?

Si quis eò pertingere posset, ut  
Dei erga se iusticiam parinde ut  
misericordiam exoscularetur ac  
diligere, is reverà peccatorum  
suorum omnium atque etiam pœ-  
narum illis debitarum tam facile  
plenam obtineret veniam, b quàm  
facile una aquæ guttula iu arden-  
ti fornace consumitur. Nec in hoc  
grandis situs est labor, sed potiùs  
gaudium ingens : multò enim ju-  
cundius est divinæ se permittere  
vel resignare iustitiæ, quàm mise-  
ricordiæ, eò quod major in illo  
sita sit mortificatio.

<sup>a</sup> Sic ferè Isaias cap. 1. sacrificium vocat  
abominationem; & cap. 58. dicit Deus, je-  
junia Iudæorum sibi displicere, quia, *Eccè  
in die jejunii vestri invenitur voluntas vestra.*  
Est enim voluntas nostra, honorum operum  
lepra, teste B. Bernardo, quem vide Serm. 3.  
de Resurrect. & 71. in Cantica.

<sup>b</sup> Nempe ob excellentem actum perfe-  
ctissimæ charitatis, e qua tam heroica resi-  
gnatio oritur, & interdum sufficiens esse  
potest ad tollendũ reatum pœnæ; vt passim  
docent Theologi: Estque talis actus in viro  
perfecto consolatione plenissimus.